cum arbor non faciens fructum bo
num exciditur et in ignem mittetur. Et in
terrogabant eum turbe dicentes.
Quid ergo faciemus. Respondens autem
[illegible] dicebat illis. Qui habet duas
tunicas det non habenti. et qui
habet escas similiter faciat. Venerunt autem
et publicani ut baptizarentur et
dixerunt ad illum. Magister quid faciemus.
At ille dixit ad eos. Nichil amplius
quam quod constitutum est vobis faciatis.
Interrogabant autem eum et milites di
centes. Quid faciemus et nos.
Et ait illis. Neminem concutiatis neque
calumpniam faciatis et contenti estote
stipendiis vestris. Existimante autem
populo et cogitantibus omnibus in cor
dibus suis de iohanne ne forte ipse
esset christus respondit iohannes dicens om
nibus. Ego quidem aqua baptizo vos. Ve

ad uenturi purificatas tibi ineffabi
liter mereamur. Per. Ad romanos.
Fratres. Quecumque scripta sunt ad
nostram doctrinam scripta sunt
ut per pacientiam et consolationem scriptu
rarum spem habeamus. Deus autem
paciencie et solacii det vobis idipsum sa
pere in alterutrum secundum ihesum christum
ut unanimes uno ore honorifi
cetis deum et patrem domini nostri ihesu christi.
Propter quod suscipite invicem sicut et christus
suscepit vos in honorem dei. Dico
enim christum ihesum ministrum fuisse circum
cisionis propter veritatem dei ad confir
mandas promissiones patrum. Gen
tes autem super misericordia honorare deum sicut
scriptum est. Propterea confitebor tibi in gen
tibus domine et nomini tuo cantabo.
Et iterum dicit. Letamini gentes cum
plebe eius. Et iterum. Laudate dominum